UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

N. II. Notæ & Additiones Evangelicorum ad Projectum Cæsareanorum in puncto Justitiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52461

Visual Library

1648. Febr. vis Religione diſpares, alteram amplexi fuerint ſententiam, indeque contrarietas oriatur, hoc caſu, juxta Ordinationem Cameræ lis terminabitur, remiſſione ad Comitia ceſſante. Cætera in Aulico non minus, quam in Cameræ Imperialis Judicio, Privilegium primæ Inſtantiæ, Auſtregarum, Jura & Privilegia de non appellando, Statibus Imperii illibata ſunto, nec per Mandata aut Commiſſiones, aut quovis alio modo, turbantor. 1648. Febr.

Denique cum etiam de abolendis Curia Imperiali Rothwilæ, Judiciis Provincialibus Sueviæ, & aliis hinc inde per Imperium hactenus uſitatis, mentio injecta fuerit, resque hæc gravioris viſa ſit momenti, de his quoque ulterior deliberatio ad proxima Comitia remiſſa eſto.

N. II.

Notæ & additiones Evangelicorum ad Projectum Cæſareanorum in puncto Juſtitiæ.

Not. Auf der Neben-Seite ſtehen der Evangelicorum Additiones, und was im Text Curſiv gedruckt iſt, haben dieſelbe auszulaſſen verlanget.

Præterea cum ob enatas ex præſenti bello mutationes & alias cauſas, de Judicio Cameræ Imperialis ad alium, univerſis Imperii Statibus commodiorem locum transferendo, & Judicem, Præſides, Aſſeſſores & quoscunque Juſtitiæ Miniſtros, pares numero utriusque Religionis præſentando, ſicut etiam de reliquis ad Judicium Camerale ſpectantibus, quædam in medium allata fuerint, ſed in præſenti Congreſſu, ob negotii gravitatem, tam facile expediri nequeant; in proximis indicendis Comitiis de his omnibus agi & conveniri, deliberationesque de Reformatione Juſtitiæ, in Deputatorum Imperii Conventu Francofurtenſi habitæ, effectum dari, & ſiquæ in his deſiderari videntur, ſuppleri & emendari debere conventum eſt; Interea tamen Circuli de præſentandis mature in locum demortuorum novis ad Camerale Judicium Aſſeſſoribus admoneantur, Cæſareaque Majeſtas mandabit, ut non ſolum in iſto Judicio Camerali Cauſæ Eccleſiaſticæ, ut & Politicæ, inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis Status, vel inter hos ſolos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Catholicos Status litigantibus, tertius interveniens Auguſtanæ Confeſſionis erit, & viciſſim, quando Auguſtanæ Confeſſionis Status contra ejusdem Confeſſionis litigantibus, tertius interveniens erit Catholicus, a) adlectis ex utraque Religione pari numero Aſſeſſoribus,

a) vel quando Evangelicus Status à Mediato Evangelico convenitur,

1648. Febr.

bus, diſcutiantur & judicentur; ſed idem etiam in Judicio Aulico obſervetur, huicque fini aliquot Auguſtanæ Confeſſionis doctos & rerum Imperii peritos viros, ex iis Imperii Circulis, ubi vel ſola Auguſtana, vel ſimul etiam Catholica viget Religio, adſciſcat, eo quidem numero, ut, eveniente caſu, paritas Judicantium ex utraque Religione Aſſeſſorum obſervari poſſit.

Quoad Proceſſum Judiciarium, Ordinatio Cameræ Imperialis etiam in Judicio Aulico ſervabitur per omnia, tum, ut ne partes ibidem litigantes omni remedio ſuſpenſivo deſtituantur, loco Reviſionis in Camera uſitatæ, licitum eſto parti gravatæ, à Sententia in Judicio Aulico lata, ad Cæſaream Majeſtatem ſupplicare, ut Acta Judicialia denuo, adhibitis aliis gravitati negotii paribus, neutrique partium addictis ex utraque Religione æquali numero Conſiliariis, & qui concipiendæ priori Sententiæ non interfuerint, aut certe Referentium & Correferentium partes non ſuſtinuerint, revideantur, liberumque ſit Suæ Majeſtati in cauſis Majoribus & unde tumultus in Imperio timeri poſſint, inſuper etiam quorundam Electorum & Principum Sententias & Vota requirere. Viſitatio Conſilii Aulici fiat ab Electore Moguntino toties, quoties opus fuerit, obſervatis iis, quæ in proximis Comitiis de communi Statuum placito obſervanda eſſe videbuntur.

Siquæ verò dubia circa interpretationem Conſtitutionum ac Receſſuum Imperii publicorum occurrunt, aut in dijudicandis cauſis Eccleſiaſticis vel Politicis inter partes ſupra expreſſas vertentibus, ex paritate Aſſeſſorum utriusque Religionis contrariæ oriantur Sententiæ, Catholicis quidem in unam, Auguſtanæ verò Confeſſionis Aſſeſſoribus in aliam abeuntibus, b) remittuntor ad Comitia Imperii Univerſalia, niſi interea amicabili Partium Compoſitione finiantur; c) *Sin autem duo pluresve Catholici cum uno aut altero Auguſtanæ*

b) Cauſæ ſecundo è paribus utriusque Religionis conſtituto Senatui committuntor, & ſi ne ſic quidem in unam Sententiam coire poſſint, omnibus Evangelicis & totidem numero Catholicis Aſſeſſoribus decidendæ proponuntor; emergente verò & tunc Votorum paritate,

c) Et hæc omnia in cauſis Statuum comprehenſa Immediata Imperii No-

1648. Febr.

ſtanæ Confeſſionis Aſſeſſore unam, reliqui vero totidem numero, quamvis Religione diſpares, alteram amplexi fuerint Sententiam, indeque contrarietas oriatur, hoc caſu, juxta Ordinationem Cameræ lis terminabitur, remiſſione ad Comitia ceſſante; Cætera in Aulico non minus, quam in Cameræ Imperialis Judicio Privilegium primæ Inſtantiæ, Auſtregarum, Jura & Privilegia de non appellando, Statibus Imperii illibata ſunto, nec per Mandata aut Commiſſiones, aut quovis alio modo, turbantor. d)

Denique cum etiam de abolendis Curia Imperiali Rotwilæ, Judiciis Provincialibus Sueviæ, & aliis hinc inde per Imperium hactenus uſitatis, mentio injecta fuerit, resque hæc gravioris viſa ſit momenti, de his quoque ulterior deliberatio ad proxima Comitia remiſſa eſto.

bilitate, ſive actores illi, ſive rei, ſive etiam ſint intervenientes, obtineant: Quod ſi verò inter Mediatos contingat, ut vel actor vel reus, vel tertius interveniens, ſit Evangelicus, & paritatem judicantium abutraque Religione poſtulet, adhibeantur pares. Eveniente autem tunc Votorum paritate, ceſſet remiſſio ad Comitia, ſed lis hoc caſu, juxta Cameræ Ordinationem terminetur.

d) Porro ita conventum eſt, ut Cæſarea Majeſtas præſentet Judicem Cameralem alternis vicibus, decedente Catholico Evangelicum, & hoc decedente, viciſſim Catholicum, quatuor quoque Præſides, Catholicos duos & duos Auguſtanæ Confeſſionis; de cætero quinquaginta ſint in univerſum Aſſeſſores, quorum 26. Catholici à Catholicis 24. Auguſtanæ Confeſſionis ab Auguſtanæ Confeſſioni addictis Statibus præſententur: modus autem præſentandi Catholicos Catholicorum, & Evangelicos Evangelicorum Statuum diſpoſitioni relinquatur.

1648. Febr.

N. III.

Protocollum, was bey denen am 18. und 19. Febr. 1648. gehaltenen Conferenzien in puncto Juſtitiæ vorgegangen.

N. III. Protocollum der Conferenz in puncto Juſtitiæ.

Demnach auf Freytag den 18. Febr. Anno 1648. Vormittag um 9. Uhr eine Conferenz zwiſchen den Herren Kayſerlichen und Königlich-Schwediſchen Plenipotentiarien, in Ihrer Excell. Herrn Grafens Oxenſtierns Quartier veranlaſſet worden: Alß haben ſich die Herren Evangelici bey Altenburg verſammlet, und ſind, nachdeme die Herren Kayſerliche daſelbſt fürbey gefahren, ehelang hernach gefolget, da dann die Herren Kayſerliche in den Saal geführet, folgends die Evangelici in die Tafel-Stuben ſämtlich, die Catholici aber (als der Chur-Mayntziſche Vice-Cantzler Dr. Reigersberger, der Chur-Trieriſche Dr. Scherer, Chur-Bayeriſche Dr. Ernſt, Bambergiſche und Würtzburgiſche) in ein ander Zimmer geführt worden. Nachdeme nun die Herren Kayſerliche und Königlich-Schwediſche die Conferenzen mit einander im Saal angetreten, haben die Herren Kayſerliche folgends denen Catholicis, ungefehr nach 12. Uhren, referiret, und die Herren Schwediſche zu gleichem Ende zu den Her-